

# The Electronic Manipulus florum

## www.manipulusflorum.com

### Prelacio cn cum fonte primo

Statim ut ambiosus promotus est ad honorem, in superbiam extollitur, et in iactanciam effrenatur. Non curat prodesse sed gloriatur preesse; presumit se meliorem quia cernit se superiorem; ad bonum facit non gradus sed uirtus, non dignitas sed honestas. Piores deditigatur amicos, notos ignorat hesternos, comites contempnit antiquos, uultum auertit, ceruicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non pacitur, preesse molitur,

preceps non audax, gloriosus et arrogans, grauis et importunus.

Innocencius in libro de uilitate condicionis humane.

Statim autem ut ambiosus promotus est ad honorem, in superbiam extollitur et in iactanciam effrenatur; nec curat prodesse, set gloriatur preesse; presumit se esse meliorem quia se cernit superiorem. Set bonum non facit gradus, set virtus, non dignitas, set honestas. Piores deditigatur amicos, notos ignorat, extraneos novit, comites contempnit antiquos. Vultum avertit, visum attollit, cervicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sullimia meditatur, subesse non patitur, preesse molitur, prelatis infestus, subditis honerosus. Molesta non suffert, concepta non differt;

preceps et audax, gloriosus et arrogans, gravis et importunus.

Innocentius III, *De miseria condicionis humanae*, 2, 30 (R.E. Lewis ed., pp.183-5, ll.1-13).